LVCERNA
DECRETALIS,
QVAM PER DECRETVM
SACRÆ CONGREGATIONIS

Inquiſitionis Generalis Romanæ poſuit ſupra candelabrum, ut luceat omnibus, qui in Eccleſia ſunt.

SS. D. N. INNOCENTIVS XI.

VTQVE SEXAGINTA ET QVINQVE Propoſitiones, utpote ſcandaloſæ ſaltem, & praxi profectò pernicioſæ, ſint de cetero ſub modio, & in tenebris conticeſcant, quia non in fortitudine ſua roborabitur conſcientia. Quibus ſingulis ad Pontificiam mentem, Confeſſariorum uſum, ac Pænitentium ſalutem, pro ſua dignitate aptata eſt interpretatio.

AVCTORE

Emmanuele de Filguera, Vallis-Oletano,

Clericorum Regularium Minorum.

CVM PRIVILEGIO.

Matriti, Ex Typographia Laurentij Garcia, Ann. 1680.

Sumptibus Matthæi de la Baſtida, Bibliopolæ Matritenſis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA



EXCELLENTISSIMO D. D.

Nicolao de Aragon & Pignatelli, Octavo Duci de Monteleone, Principi Noyæ, Hiſpaniæ Excelſo Magnati, & in Siciliæ Regno Magno Architalaſſo, Magnoque Equitum Magiſtro, ſeù Comiti Stabili.

§ 2 Prin-

LVCERNÆ
DECRETALIS
ANTELOQVIVM.

QVod Chriſtus Dominus Apoſtolorum Principi *Ioann. 22.* ſumma providentia præceperat, *Paſce oves meas*, in Summis Pontificibus legitimè eius ſucceſſoribus nũquàm commodius demonſtrari poteſt, quàm cum hæreticos compeſcentes, ſubinde nuperos Theologos novas opiniones, ut inquiunt, conſcientiam laxantes, ſolatium accreſcentes, benignitatem redolentes, ſecuriſſimam ad Cœlum ſemitam parantes, iugum Chriſti Domini ſuave reddentes, obligationeſque duras, milleque ſcrupulis pervias auferentes, ac demùm poſt alia relevantes, docentes, meritò moderantur. Aliud probabilitatem metaphiſicam, aliud prudentem, ac practicam dixerim. Ex illa ad hanc deducendam ingenij vivacitatem, ne alia propalem, ſecuritatis animarum obliti, non ſine animi contentione oſtentant. Quare hoc zelo alternatim ducti ex duplici probabili opinione monſtrum accipientibus placidum, ſed moribus infeſtum parturiunt, adverſus illam Hieronymianam *Epiſt. 19 ad Euſtochium. Quoniam mel in Sacrificiis non offertur, nimia dulcedo arte mutata eſt, & quadam, ut ita dicam, piperis auſteritate condita. Apud Deum nihil voluptuoſum, nihil*

tan-